

Año XLIII

30 de Julio de 1902.

Num. 14.

BOLETIN OFICIAL DEL OBISPAZO DE OSMA.

Sumario de este número.—Carta Encíclica de Su Santidad León XIII acerca de la Sagrada Eucaristía (*texto latino*).—Relación de los Señores Sacerdotes que han practicado los Santos Ejercicios espirituales en la *Primera* y *Segunda* tanda.—Bibliografía.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI LEONIS
DIVINA PROVIDENTIA PAPAE XIII
EPISTOLA ENCYCLICA
AD PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS EPISCOPOS ALIOSQUE
LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA
SEDE HABENTES

DE SANCTISSIMA EUCHARISTIA
VENERABILIBVS FRATRIBUS PATRIARCHIS PRIMATIBVS
ARCHIEPISCOPIS EPISCOPIS ALIISQVE LOCORVM ORDINARIIS PACEM ET
COMMUNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTIBVS

LEO PAPA XIII

Venerabiles Fratres salutem et apostolicam benedictionem

Mirae caritatis in hominum salutem exempla, quae a Jesu Christo praeluent, nos quidem pro sanctitate officii inspicere et persequi adhuc studi-
mus, ad extremumque vitae spiritum, ipso opitulan-
te, studebimus. Nam tempora nacti nimis acriter
veritati et justitiae infensa, quantum erat in Nobis,

docendo, admonendo, agendo, prout nuperrima ad vos epistola Apostolica confirmavit, nequaquam intermisimus ea late praestare, quae sive ad multiplicem errorum contagionem depellendam, sive ad nervos intendendos christianaे vitae aptius conduce-re viderentur. In his autem duo sunt recentioris memoriae, omnino inter se coniuncta, unde Nosme-tipsi opportunae consolationis fructum, tot premen-tibus aegritudinis causis, recolendo percipimus. Alterum, quum optimum factu censuimus augusto Cordi Christi Redemptoris universitatem humani generis peculiari ritu devoveri; alterum, quum omnes chris-tianum nomen profitentes gravissime hortati sumus, ut Ei ipsi adhaererent, qui vel singulis vel iure so-ciatis *via, veritas, vita* divinitus est.—Nunc vero eadem ipsa, advigilante, in Ecclesiae tempora, Apos-tolica caritate movemur ac prope impellimur ut aliud quidam ad ea proposita jam confecta tamquam per-fectionem suam addamus, ut videlicet christiano populo maiorem in modum commendemus, sanctissi-mam EUCHARISTIAM, quippe donum divinissimum ex intimo plane Corde prolatum eiusdem Redemptoris, *desiderio desiderantis* singularem huiusmodi cum hominibus coniunctionem, maximeque factum ad saluberrimos fructus redemptionis eius dilargiendos. Quamquam in hoc etiam rerum genere nonnulla vel antehac Nos auctoritate et studio curavimus. Iucun-dumque memoratu est inter cetera legitima Nos comprobatione ac privilegiis auxisse Instituta et Sodalitia non pauca, divinae Hostiae perpetua vice adorandae addicta; operam item dedisse ut conventus eucharistici digna cum celebritate parique utilitate haberentur; iisdem praeterea similisque causae ope-ribus patronum caelestem attribuisse Paschalem Bay-lon, qui mysterii eucharistici cultor extitit insigniter pius.--Itaque, Venerabiles Fratres, de hoc ipso mys-terio in quo tuendo illustrandoque constanter tum

Ecclesiae sollertia, non sine praeclaris Martyrum palmis, elavoravit, tum praestantissimorum hominum doctrina, eloquentia, variaeque artes splendide contenderunt, libet capita quaedam alloquendo complecti; idque ut apertior atque expressior patescat eiusdem virtus, qua maxime parte se dat praesentissimam hisce necessitatibus temporum allevandis. Sane, quandoquidem Christus Dominus sub excessum mortalis cursus istud reliquit caritatis immensae in homines monumentum, idemque praesidium maximum *pro mundi vita* (1) nihil Nobis de vita proxime cesseris optare felicius possumus quam ut liceat excitare in omnium animis atque alere memoris gratiae debitaque religionis affectum erga Sacramentum mirabile, in quo salutis, et pacis, sollicitis omnium studiis quae sitae, spem atque efficientiam maxime niti arbitramur.

Quod saeculo, usquequaque perturbato et laboranti tam misere, talibus Nos remediis adiumentisque ducimus praecipue consulendum, non deerunt sane qui demirentur, et fortasse qui dicta Nostra procacum fastidio accipient. Id nempe est potissimum a superbia: quo vitio animis insidente, elanguescat in iis christiana fides, quae obsequium vult mentis religiosissimum necesse est, atque adeo caligo de divinis rebus tetrius incumbat; ut in multos illud cadat: *Quaecumque ignorant, blasphemant.* (2) Iam vero tantum abest ut Nos propterea ab inito avocemur consilio, ut certum sit contentiore potius studio et recte animatis lumen afferre et sancta vituperantibus veniam a Deo, fraterna piorum imploratione, exorare.

Sanctissimae Eucharistiae virtutem integra fide nosse qualis sit, idem enimvero est ac nosse quale sit opus quod humani generis causa Deus, homo

(1) Ioann. vi, 52.

(2) Iudae, 10.

factus, potenti misericordia perfecit. Nam ut est fidei rectae Christum profiteri et colere summum effectorem salutis nostrae, qui sapientia, legibus, institutis, exemplis, fusoque sanguine omnia instauravit; aequem est eumdem profiteri colere sic in Eucharistia reapse praesentem, ut verissime inter homines ad aevi perpetuitatem ipse permaneat, iisque partae redemptoris beneficia magister et pastor bonus, peracceptusque deprecator ad Patrem, perenni copia de semetipso impertiat.—Beneficia porro ex Eucharistia manantia qui studiose religioseque consideret, illud sane praestare atque eminere intelliget quo cetera quaecumque sunt continentur; ex ipsa nempe vitam in homines, quae vere vita est, influere: *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita* (1).—Non uno modo, quod alias docuimus, Christus est *vita*; qui adventus sui inter homines causam professus est eam, ut afferret ipsis certam vitae plus quam humanae ubertatem: *Ego veni ut vitam habeant, et abundantius habeant* (2). Statim namque ut in terris *benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei* (3), nemo quidem ignorat vim quamdam continuo erupisse ordinis rerum prorsus novi procreaticem, eamque in venas omnes societatis civilis et domesticae permanasse. Novas inde homini cum homine necessitudines; nova publice et privatim iura, nova officia; institutis, disciplinis, artibus novos cursus: quod autem praecipuum, hominum animos et studia ad veritatem religionis sanctitatemque morum traducta; atque adeo vitam homini communicatam, caelestem plane ac divinam. Huc nimur ea spectant, quae crebro in sacris litteris commemorantur, *lignum vitae, verbum vitae, liber vitae, corona vitae* nominatimque *panis vitae*.

(1) Ioann, vi, 52.

(2) Ioann. x, 10.

(3) Tit. III, 4.

At vero, quoniam haec ipsa de qua dicimus vita expressam habet similitudinem cum vita hominis naturali, sicut altera cibo alitur atque viget, ita alteram sustentari cibo suo et augeri oportet. Apte hic facit revocare quo quidem Christus tempore ac modo moverit animos hominum et adduxerit ut panem vivum, quem datus erat, convenienter probeque exciperent. Ubi enim manavit fama de prodigio quod ille, multiplicatis panibus in satietatem multitudinis, patraverat ad litus Tiberiadis, confessim plures ad ipsum confluxerunt, si forte par sibi obtingeret beneficium. Tum Iesus, opportunitate arrepta, similiter ac quum feminae Samaritanae, ab haurienda puteali aqua, sitim ipse iniecerat aquae salientis in vitam aeternam (1), cupidae multitudinis sic erigit mentes, ut panem alium cupidius appetant qui permanet in vitam aeternam (2). Neque vero huiusmodi panis, instat Iesus admonere, est manna illud caeleste, quod patribus vestris per deserta peregrinibus praesto fuit; neque ille quidem quem ipsi nuper a me mirabundi accepistis; verum egomet sum panis iste: *Ego sum panis vitae* (3). Idemque eo amplius suadet omnibus, et invitando et praecipiendo: *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum; et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita* (4). Gravitatem porro praecepti ita ipse convincit: *Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis* (5).-Absit igitur pervagatus ille error perniciosissimus opinantium Eucharistiae usum ad eos fere amandandum esse qui vacui curis angustique animo conquiescere instituant in quodam vitae

(1) Ioann. IV, 14.

(2) Ib. vi, 27.

(3) Ioann. vi, 48.

(4) Ib. 52.

(5) Ib. 54.

religiosioris proposito. Ea quippe res, qua nihil sane nec excellentius nec salutarius, ad omnes omnino, cuiuscumque demum muneris praestantiae sint, attinet, quotquot velint (neque unus quisquam non velle debet) divinae gratiae in se fovere vitam, cuius ultimum est adeptio vitae cum Deo beatae.

Atque utinam de sempiterna vita recte reputarent et providerent ii potissimum quorum vel ingenium vel industria vel auctoritas tantopere possunt ad res temporum atque hominum dirigendas. At vero videamus deploramusque ut plerique cum fastu existimant se novam veluti vitam eamque prosperam saeculo indidisse, propterea quod ipsum ad omne genus utilia et mirabilia inflammato cursu contendere suo impulso urgeant. Sed enim, quocumque aspexeris, humana societas, si a Deo aliena, potius quam quae sita fruatur tranquillitate rerum, perinde angitur et trepidat ut qui febri aestuque iactatur; prosperitatem anxiie studet eique unice fudit, fugientem sequitur, inhaeret labenti. Homines enim et civitates ut necessario ex Deo sunt, ita in alio nullo vivere, moveri, efficere boni quidquam, nisi in Deo per Jesum Christum queunt; per quem late profluxerunt et profluunt optima quaeque et lectissima.—Sed horum omnium fons et caput bonorum est potissimum augusta Eucharistia: quae quum eam alat sustentetque vitam cuius ex desiderio tam vehementer laboramus, tum dignitatem humanam quae tanti nunc fieri videtur, immensum auget. Nam quid majus aut optabilius, quam effici, quoad eius fieri possit, divinae participem consortemque naturae? At enim hoc nobis Christus praestat in Eucharistia maxime, qua evectum ad divina, gratiae munere, hominem arctius etiam sibi adiungit et copulat. Id enim interest inter corporis cibum et animi, quod ille in nos convertitur, hic nos in se convertit; qua de re Christum ipsum Augustinus loquentem inducit: *Nec tu me in te mu-*

tabis sicut cibum carnis tuae, sed tu mutaberis in me (1).

Ex hoc autem praecellentissimo Sacramento, in quo potissime apparet quemadmodum homines in divinam inseruntur naturam, iidem habent in omni supernarum virtutum genere incrementa maxima. Et primum in fide. Omni quidem tempore fides oppugnatores habuit; nam etsi hominum mentes praestantissimarum rerum cognitione extollit, quia tamen quae supra naturam esse aperuit, qualia sint celat, eo videtur mentes ipsas deprimere. Sed olim tum hoc tum illud fidei caput oppugnabatur; deinceps multo latius exarsit bellum, eoque iam per ventum est ut nihil omnino supra naturam esse affirmetur. Iamvero ad vigorem fervoremque fidei in animis redintegrandum perapte est, ut nihil magis, mysterium Eucharisticum, proprie *mysterium fidei* appellatum: hoc nimirum uno, quaecumque supra naturam sunt, singulari quadam miraculorum copia et varietate, universa continentur: *Memoriam fecit mirabilem suorum misericors et miserator Dominus, escam dedit timentibus se* (2). Si Deus enim quidquid supra naturam fecit, ad Verbi retulit Incarnationem, cuius beneficio restitueretur humani generis salus, secundum illud Apostoli: *Proposuit... instaurare omnia in Christo, quae in caelis, et quae in terra sunt, in ipso* (3); Eucharistia, Patrum sanctorum testimonio, Incarnationis continuatio quaedam et amplificatio censenda est. Siquidem per ipsam incarnati Verbi substantia cum singulis hominibus copulatur; et supremum in Calvaria sacrificium admirabili modo renovatur; id quod praesignificavit Malachias: *In omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatione munda* (4). Quod miraculum, unum omnium in suo

(1) Conf. I. vii, c. x.

(2) Ps. cx, 4-5.

(3) Eph. I, 9-10,

(4) I, 11.

genere maximum, miracula comitantur innumerabilia; hic enim omnes naturae leges intermissae: tota substantia panis et vini in corpus et sanguinem Christi convertitur; panis et vini species, nulla re subiecta, divina virtute sustentantur; corpus Christi tan multa simul loca nanciscitur, quam multis simul in locis Sacramentum perficitur. Humanae autem rationis quo magis erga tantum Mysterium intendatur obsequium, quasi adiumento suppetunt prodigia, in eiusdem gloriam, veteri memoria et nostra patrata; quorum publica exstant non uno loco eaque insignia monumenta. Hoc igitur Sacramento videmus fidem ali, mentem enutrir, rationalistarum commenta dilui, ordinem rerum quae supra naturam sunt maxime illustrari.

Sed ut divinarum rerum fides laguescat, non modo superbia, quod supra attigimus, sed etiam depravatio facit animi. Nam si usu venit ut quo melius quisque est moratus, eo sit ad intelligendum sollertia, corporis autem voluptatibus mentes obtundi ipsa ethnica dispexit prudentia, divina sapientia praemonuit (1); tanto magis in divinis rebus volupitates corporis obscurant fidei lumen, atque etiam, per iustum Dei animadversionem, extingunt. Quorum quidem voluptatum insatiabilis hodie cupiditas flagrat, omnesque late tanquam contagio quaëdam morbi vel a primis aetatulis inficit. Verum teterimi hujus mali praeclarum in divina Eucharistia praesto est remedium. Nam, omnium primum, augendo caritatem, libidinem coercet; ait enim Augustinus: *Nutrimentum eius (caritatis) est imminutio cupiditatis; perfectio, nulla cupiditas* (2). Praeterea castissima Iesu caro carnis nostrae insolentiam comprimit, ut Cyrillus monuit Alexandrinus: *Christus enim existens in nobis sopit saevientem in nostris membris carnis*

(1) Sap. I, 4.

(2) De Diversis quaestionibus LXXXIII, quaest. xxxvi.

legem (1). Quin etiam fructus Eucharistiae singularis et incundissimus est quem significavit propheticum illud: *Quid bonum eius (Christi) est, et quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum et vinum germinans virgines?* (2) videlicet sacrae virginitatis forte et constans propositum, quod, vel diffluente deliciis saeculo, latius in dies uberioriusque in catholica Ecclesia florescit: quanto quidem ubique cum religiosis ipsiusque humani convictus emolumento et ornamento est probe cognitum.

(*Se continuará.*)

EJERCICIOS ESPIRITUALES DEL CLERO.

Relación de los Sres. Sacerdotes que han practicado los Santos Ejercicios espirituales en la PRIMERA Y SEGUNDA TANDA que dieron principio en el Seminario Conciliar los días 25 de Junio y 4 de Julio de 1902, bajo la dirección de los Padres Jerónimo Seisdedos y Jorge Camarero. S. J.

Ilmo. y Rvmo. Sr. Obispo

DR. D. JOSÉ MARÍA GARCÍA ESCUDERO Y UBAGO.

CLERO CATEDRAL.

M. I. Sr. D. Manuel María Vidal, Arcediano.

» » » D. José Gutierrez, Chantre.

» » » D. Juan García Vellosillo, Penitenciario.

» » » D. Manuel Civieta, Doctoral.

» » » D. Antonio Albaro, Magistral.

» » » D. Pedro N. Ilarregui, Canónigo.

D. Regino Ortega, Beneficiado Maestro de Ceremonias.

» Julián Soria, Beneficiado.

CLERO COLEGIAL.

D. Juan Plaza, Magistral.

» Pedro Dominguez, Doctoral.

» Cosme Garcia, Canónigo.

» Pedro Merino, Beneficiado Sochantre.

(1) Lib. iv, c. 2 in Ioann. vi, 57.

(2) Zach. ix, 17.

SEMINARIO CONCILIAR.

M. I. Sr. D. Victor Hernando, Rector.

D. Constancio Santaolalla, Vice-Rector.

» Angel Loza, Catedrático.

CLERO PÁRROQUIAL

SEÑORES ARCIPRESTES.

D. Francisco Soria, Arcipreste de Andaluz.

» Lino Urquiaga, idem de Calatañazor.

» Dionisio Laguna, idem de Gómara.

» Cipriano Aylagas, idem de Villabuena.

» Domingo Zamora, idem de Almajano.

» Raimundo Gomez, idem de Almarza.

» Hilario Palacios, idem de Coruña del Conde.

» Julián Gil, idem de Derroñadas.

» Francisco Machín, idem de Guzmán.

» Manuel Martínez, idem de Huerta de Rey.

» Federico Esteban, idem de Rabanera del Campo.

» Agustín Zaloña, idem de Roa.

» Aquilino González, idem de S. Esteban de Gormaz.

» Lucas Chamarro, idem de Torlengua.

Arciprestazgo de Almajano.

D. José Estoduto, párroco de Nieva.

» Elias Nuño, Ecónomo de Suellacabras.

» Victoriano Muñoz, Párroco de Villarraso.

» Filadelfo Lucas, idem de Aldealices.

» Ramón Puente, idem de Cirujales.

» Aarón Martín, idem de Fuentefresno.

» Braulio Almazán, ecónomo de Estepa.

» Crispín Carazo, regente de Pedraza.

» Angel Martínez, párroco de Cuellar.

» José Benito Aguilera, idem de Pedraza.

» Roque Martínez, idem de Portelarbol.

» Pedro Santos Jiménez, idem de Renieblas.

» Estéban Marco, idem de Pobar.

» Pedro Navas, idem de Ventosa de la Sierra.

» Isidro González, idem de Fuentecantos.

» Pedro Romero, idem de Pinilla de Caradueña.

» Manuel Cascante, idem de Castilfrio.

- » Cipriano Izquierdo, idem de Almajano.
- » José Garcés, ecónomo de Narros.

Arciprestazgo de Almarza.

- D. Eusebio Mallo, párroco de Borobia.
- » Ecequiel Garrote, idem de Matute.
- » Clemente Andrés, ecónomo de Rollamienta.
- » Nicólás Carro, idem del Cubo de la Sierra.

Arciprestazgo de Andaluz.

- D. Santos Aylagas, párroco de Boos.
- » Martín Hernandez, idem de Centenera.
- » Calixto Lafuente, idem de Osona.
- » Luis Delgado, idem de Fuentepinilla.

Arciprestazgo de Aranda de Duero.

- D. Julián Marfagón, párroco de Fuentespina.
- » Pedro Andrés, regente de Villalba.
- » Alejandro Jiménez, párroco de Fresnillo.
- » José Laseca, coadjutor de San Juan de Aranda.
- » José Arribas, ecónomo de Sinovas.

Arciprestazgo de Aza.

- D. Pedro Cerezo, párroco de Fuenteцен.
- » Fernando Adrados, ecónomo de Adrada.
- » Simón Perdices, párroco de Valdezate.
- » Francisco García, ecónomo de Aldeanueva de la Serrezuela.

Arciprestazgo de Cabrejas del Pinar.

- D. Mateo Rioja, párroco de Duruelo.
- » Juan Gómez, idem de Talveila.
- » Augurio de la Cámara, idem de Vadillo.
- » Leonardo Calvo, idem de Muriel Viejo.
- » Bonifacio García, ecónomo de Navaleno.

Arciprestazgo de Calatañazor.

- D. Pedro de Diego Sanz, párroco de Torreblacos.
- » Mariano García, idem de Nafria la Llana.
- » Braulio Mayor, idem de La Revilla.
- » Francisco del Val, ecónomo de Rioseco.
- » José M. Igea, párroco de Fuenteladev.
- » Francisco Morales, idem de la Cuenca.

Arciprestazgo de Coruña del Conde

- D. Simón Palacios, párroco de Brazacorta.
» F. Nicolás Liceras, ecónomo de Arandilla.

Arciprestazgo de Derroñadas.

- D. Agapito Izquierdo, párroco de Ocenilla.
» Domingo Lozano, idem de Canredondo.
» José Rodrigo, idem de Vilviestre de los Navos.
» Isaac Lopez, ecónomo de Sotillo del Rincón.
» Casimiro Encabo, párroco de Cidones.
» Pascual Gonzalez, idem de Villar del Ala.
» Ildefonso de Pablo, ecónomo de Derroñadas.

Arciprestazgo de Gómara.

- D. Gerónimo Alcalde, párroco de Sauquillo de Boñices.
» Isidoro Gallego, párroco de Villaseca de Arciel.
» Primo Barrio, ecónomo de Zárabes.

Arciprestazgo de Gormaz.

- D. Juan de Dios Navajas, párroco de Quintanas Rubias de Arriba.
» Pedro Portillo, idem de Quintanas Rubias de Abajo.
» Saturio Gonzalez idem de Vildé.
» Casimiro Arroyo, idem de Quintanas de Gormaz.
» Feliciano Perez, idem de Morales.
» Pedro de Diego, regente de Modamio.

Arciprestazgo de Gumiel de Izán.

- D. Pedro Hernando, ecónomo de Villanueva de Gumiel.
» Mariano Calleja, regente de Villalvilla.
» Ildefonso Malmonge, ecónomo de Oquillas.
» Julián Marcos, párroco de Tovilla de Lago.

Arciprestazgo de Gumiel del Mercado.

- D. Ramón Peña, Coadjutor de Sotillo de la Rivera.
» Jesús García Alonso, párroco de Villatuelda.
» Faancisco Perez, ecónomo de Gumiel del Mercado.

Arciprestazgo de Guzmán

- D. Nicanor Sancho, párroco de Anguix.
» Estanislao Embí, idem de Villaescusa de Roa.
» Gaspar Lcpez, regente de Villovela.
» Calixto Esteban, párroco de Pedrosa.

Arciprestazgo de Hinojosa del Campo.

- D. Demetrio García, idem de Villar del Campó.
» Cipriano Martínez, idem de Pozalmuro.
» Francisco Alcalde, párroco de Castejón.
» Fermín Martínez, idem de Tajahuerce.
» Angel Angulo, idem de Aldealpozo.
» Pedro Lozano, ecónomo de Cardejón.
» Juan J. Romero, párroco de Pinilla.
» Manuel de Diego, idem de Valdegeña.

Arciprestazgo de Huerta de Rey.

- D. Mariano Elvira, ecónomo de La Gallega.
» Julián Madrigal, párroco de Pinilla de los Barruecos.
» Ricardo Rosas, ecónomo de Espejón.
» Ignacio Moro, idem de Doñasantos.
» Placido Verde, regente de Acinas.

Arciprestazgo de Osma.

- D. Elias Perez, párroco de Osma.
» Pedro Nuñez, idem de Valdemaluque.
» Martín Dueñas, idem de Valdenarros.
» Norberto Villar, Capellán de las Hermanitas de Osma.
» Pedro Romero Miguel, coadjutor del Burgo de Osma.
» Tiburcio Cabezudo, párroco de Sotos del Burgo.
» Máximo Lázaro, idem de Santiuste.
» José García, Capellán de Osma.

Arciprestazgo de Palacios de la Sierra.

- D. Pedro Gil Sanz, párroco de Vilviestre del Pinar.
» Polonio Ruperez, idem de Palacios de la Sierra.

Arciprestazgo de Peñaranda de Duero.

- D. Heraclio Arandilla, párroco de Ontoria de Valdearados.
» Sotero Campos, ecónomo de Zuzones.
» Antonino de Miguel, párroco de Langa.
» Eustaquio Moreno, idem de Zayas de Torre.
» Salvador Gil, idem de San Juan del Monte.
» Valeriano Sanz, coadjutor de Peñaranda.

Arciprestazgo de Peroniel.

- D. Remigio Peña, párroco de Esteras de Lúbia.
» Gaspar Vicente, idem de Fuentetecha.
» Casto Moñux, idem de Peroniel.

Arciprestazgo de Rabanera del Campo.

- D. Alejandro Benito, párroco de Ituero.
» Francisco Uriel, ecónomo de Almarail.

Arciprestazgo de Reznos

- D. Manuel B. Morales, párroco de Ciria.
» Rafael del Amo, idem de Reznos.
» Pedro Ruperez, ecónomo de Borobia.

Arciprestazgo de Roa

- D. Maximino Alcubilla, Coadjutor de Roa.
» Máximo Gimenez, párroco de Nava de Roa.
» Niceto Cámara, idem de Valcabado de Roa.
» Lino Moñux, coadjutor regente de Roa.

Arciprestazgo de San Estéban de Gormaz.

- D. Carlos Aguilera, párroco de Alcozar.
» Mariano Manchado, idem de Aldea.
» Casimiro Alonso, idem de Miño.
» Felix Mingueza, idem de Piquera.
» Francisco Hernando, idem de Ines.
» Graciano Arranz, idem de Valdanzo.
» Francisco Alonso, idem de Velilla.
» Mariano del Amo, idem de Quinta villa de Tres Barrios.
» Felix Nuño, Ecónomo de Peñalba.
» Celestino Zamora, idem de Berzosa.

Arciprestazgo de Santa María de las Hoyas.

- D. Agustín Pastor, párroco de Santa María de las Hoyas.
» Mariano Sanz, idem de Orillares.
» Silvestre Alonso, idem de Muñecas.
» Francisco Gimenez, idem de Zayas de Báscones.

Arciprestazgo de Soria.

- D. Cándido Ramos, párroco de Las Casas de Soria.
» Jorge Ayllón, Coadjutor Regente de El Salvador.
» Damián Gonzalo, idem idem de San Clemente.
» Juan de Mata Sanz, párroco de Alconaba.
» Julián Ballesteros, idem del Espino de Soria.
» Isidro Martinez, idem de La Mayor de idem.
» Leandro Martinez, Capellán de Las Siervas de Jesús de idem.
» Valentín Peña, ecónomo de Tardesillas.

Arciprestazgo de Torlengua.

- D. Teodoro Sancho, párroco de Chércoles.
» Florencio Medrano, idem de Fuentelmonge.
» Simón Pérez, coadjutor de Serón.

Arciprestazgo de Villabuena.

- D. Felipe Rubio, párroco de Camparañón.
» Victoriano Andaluz, idem de Fuentetova.
» Agustín Nuñez, economo de Villaciervos de Arriba.
» Simón La Orden, idem de Quintana Redonda.
» Manuel Escribano, párroco de Villabuena.

Por razones especiales y con licencia del Ilmo. y Rvmo. Prelado han practicado los ejercicios espirituales en el monasterio de Silos D. Francisco de P. Borobio, Arcipreste Párroco de Ontoria del Pinar y D. Pedro Tejedor, Párroco de Carazo, en el Arciprestazgo de Palacios de la Sierra: y en el Convento de La Aguilera también los practicaron D. Tomás Sanz, párroco de S. Juan, en el Arciprestazgo de Aranda y D. Mariano Santos, párroco de Berlangas, en el Arciprestazgo de Roa.

BIBLIOGRAFÍA.

El derecho español en sus relaciones con la iglesia, por el Ilmo. Sr. Doctor, D. Antolín López Peláez.

El autor se propuso escribir una obra que, además de contener—según los deseos de la Sagrada Congregación de Estudios—*breves nociones de Derecho Romano* é *Historia de la legislación española*, fuese á la vez un *Manual de Derecho usual para el clero* y un *Tratado de disciplina eclesiástica de España* para los Seminarios, censurando con gran abundancia de argumentos y suma concisión de frase las disposiciones del poder temporal contrarias á los derechos de la Iglesia, y recopilando ó sintetizando ó indicando todas las disposiciones concordadas y las civiles de interés para los eclesiásticos, con la mayor claridad y orden, sin ocupar con los precedentes históricos más espacio que el preciso, ni aducir de los textos legales vigentes sinó lo que tuviera relación con el objeto propuesto, y empleando sus propias palabras á fin de excusar apéndices y poder ofrecer al vene-

rable y empobrecido clero español un libro que, á la par que el más completo de su clase, fuera también el más manejable y barato.

De cómo logró su intento es prueba el haber obtenido el único primer premio otorgado en el Certamen de obras escritas para servir de textos en los Seminarios anunciado por el Concilio provincial de Burgos.

El precio de cada ejemplar de 320 páginas, esmerada impresión y muy nutrida lectura, es 2,50 pesetas pidiéndolo directamente al autor. Si se ha de enviar por el correo, hay que añadir 50 céntimos más para gastos de certificado.

Ha visto la luz pública el primer tomo de la obra, **Cursus Scripturae Sacrae** en dos tomos, premiada recientemente en el certamen literario de Burgos, y adoptada de texto en la Provincia Eclesiástica.

El autor de la citada obra, el M. I. Sr. D. Isidro Mugica, canónigo de la Santa Iglesia Catedral de Palencia, ha dado una prueba más de su amor al trabajo, de sus profundos conocimientos y vasta erudición.

Acomodándose en un todo á las reglas dadas por la Santa Sede para los estudios bíblicos en consonancia con las necesidades de nuestra época ha sabido el Sr. Mugica dar á su obra el carácter propio y peculiar que dan á los estudios bíblicos los estudios filológicos y críticos que se están haciendo en la actualidad.

El tomo editado se vende al precio de 3 pesetas 50 céntimos en la imprenta de los Sres. Gutierrez, Liter y Herrero, Cestilla 6, y en la librería de Rincón, Mayor pral, 48. En Septiembre se publicará el segundo tomo.

